



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 10. De modo, quo maior excommunicatio ferri debet vt censeatur  
valida,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

Itaque id quod in praecedentibus quæst. 3. diximus, excommunicatione ab homine pro culpis preterius ferri intelligendum non est simpliciter; sed ita, ut excommunicentur iij, qui illas commiserunt nolentes parere Ecclesiæ sub excommunicatione præcipienti cæssationem ab illis; aut satisfactionem faciendam ijs quos laeserint: ut per cap. Ex parte 2. De verborum signific. tradit. alii citatis Vgolinius in eodem num. 8. Quocirca cum Episcopus excommunicat detentorem rei alienæ nisi restituat intra octo dies, excommunicatione non fertur pro detentione præterita sed pro futura, quia post octo dies adiunctam habebit contumaciam, quam antea non habebat: & sic de similibus. Atque ex his satis manifesta est solutio quæ restat septima questionis. Num iam perpetratum debeat esse peccatum, pro quo fertur excommunicatione.

## CAPUT X.

*Demodo quo maior excommunicatio ferri debet ut censetur valida.*

## SUMMARIUM.

- 179 De eo, quod excommunicatio lata ex ira, odio, aliisque inordinata affectione dicitur iniusta quidem, sed non invalida.
- 180 Ut ea valeat, ferri debet cum intentione ligandi.
- 181 Non ligat eos quos à tali sententia Index, aut is cui ipse ius reddit vult eximi.
- 182 Quid sentendum sit in ea re de uxore & filio eius qui excommunicationem prostrat, & de procuratore per quem procurat.
- 183 Excommunicatio ferri debet præmonito delinquenti, in quem fera debet.
- 184 Talis præmonitionis circumstantia prima, ut sit personalis, que patitur exceptionem in aliquo casibus.
- 185 Circumstantia secunda, ut eadem præmonitio sit trina: que patitur etiam exceptionem in aliquo casibus.
- 186 Non est necessarium tres monitiones esse inter se distinctas: & quod spatium temporis ad eas requiratur.
- 187 Aliæ circumstantie.
- 188 Præmonitio præmiti debet sententia excommunicationis, quantumvis crimen sit notorium.
- 189 An is quem Ordinarius delegat ad preferendam excommunicationem debet ut vi præmonitione explicatur distinctione.
- 190 Non est necesse ad incurrandam excommunicationem latam à iure, ut monito sit præmissa.
- 191 Id quod patitur aliquam restrictionem, & locum habet in excommunicatione lata ab homine per modum statuti pro culpis futuris.
- 192 Lata sine cause cognitione excommunicatio nullae sit: item lata sine monitione, exceptis duobus casibus.
- 193 Ad excommunicationem non sufficit sola interior intentio eam ferendi, sed exterius verbis proferri debet.
- 194 Deo, quod debet ut proferri in scriptis.
- 195 An ore quoque proferri necesse sit.
- 196 Varia verborum formulæ, quarum alia tanquam equipollentes huic, Excommunicato: sufficient ad ferendam excommunicationem; alia vero, non item.

**P**rimo exponentum est quæ seruari oporteat ex parte excommunicantis. Secundo, quæ ex parte excommunicati. Tertio, qua ex parte ipsius excommunicationis, ut ea sit uita simul & valida.

*Quæ seruari oporteat ex parte excommunicantis.*

## SECTIO I.

179. **E**x parte igitur excommunicantis duo seruari oportet. Alterum est ut in decernenda excommunicatione ne requa habeat intentionem, id est, moueat affectu iustitiae, cuius est cultus: non autem odio, ira, aliœ prauo affectu. Alioquin enim iniustam seu contra ius proferre sententiam, patet ex cap. Episcopus Presbyteri. quæst. 3. sub finem: & ex cap. Cum externi Defense. & reiudicata in 6. Quæ tamen iniustitia nec est peccatum mortale, iuxta Sotum in lib. 3. de iust. & iure quæst. 4. art. 2. verfu. Circa horum: nec ullam restituerendi obligacionem inducit iuxta Nauar. in Enchir. cap. 25. num. 15. nec demum excommunicationem reddit inualidam iuxta D. Thomam in 4. distinc. 18. quæst. 2. art. 1. quæst. 4. atque com-

munem omnium Doctorum sententiam teste Soto in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 3. cont. 1. Quæ confirmatur ratione: quia corruptio intentionis Indictis non impedit quominus sententia quam ipse fert (si nullo alio vitio contaminetur) seruat quætitatem iustitiae, secundam inter homines. Quare nec quidquam impedit quominus sit valida.

Sed aduerte quod cum iuxta euudem Sotum loco prius citato ex lib. tertio, de iust. & iure; sententia Iudicis tribus modis intelligi possit iniusta esse ex parte ferentis: vel quia fertur contra iustitiam; ita scilicet ut fiat alteri iuris: vel quia non fertur ex effectu seu inclinatione iustitiae: vel quia fertur ex prauo aliquo affectu sue oddi, sue iræ, sue alterius tria hæc quæ dicta sunt, intelligi debere præcisè de sententia iniusta secundo modo. Nam quando alii quo modis iniusta est, Index illam ferendo potest mortaliter etiam peccare, & ad restitutionem obligari: ipsaque esse invalida, Etenim affectiones iræ, vel odij, &c. seu aueriones animi adeo vehementes esse possunt, ut rationem habeant peccatum mortalis: & sententia excommunicationis ita ferri contra iustitiam ut Index teneatur ad restitutionem famæ aucticius damni temporalis, ipsaque sit invalida: quod relinquitur iudicio prudentis ex inspectione circumstantiarum.

Alterum quod ex parte excommunicantis seruari oportet, est ut vt sit ferens sententiam cum intentione ligandi. Alioquin enim, ut exprefserunt post Panorm. Angelus excommunicationis tertio num. 16. Sylvestr. excommunicationis num. 2. versu 14. Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 17. invalida erit excommunicationis: quod etiam alii citatis notat Henriquez in 1. pari. Moralem Inst. lib. 13. cap. 20. circa principium, lit. B. Extratio confirmat, quia sententia excommunicationis vim accipit ex intentione illius, qui cum potestate habeat, illam profert: ita ut abque hac, illa sit nulla: perinde ac Sacramentalis absolutione nulla est, quæ datur ab eo qui voluntate absoluendi non habet: iuxta illud quod in Concil. Trident. sess. 14. cap. 6. dicitur: non esse absolutum aliquem coram Deo, si nulla ei auctor contritio, aut Sacerdotis animus serio & vele absoluendi desit. Nam ut ab soluto Sacramentalis, eo quod sit actus humanus potestatis acceptæ à Christo, requirit intentionem id faciliad quod instituta est eadem potestas: sic etiam excommunicatione requirit, cum & ipsa actus sit manus potestatis data à Christo.

Ex quibus ijdem authores duo inferunt. Alterum est, quod si Index generalem proferent excommunications sententiam nolit aliquos sub illa comprehendere, ipsi fore ab ea exemptos, neque ligari. Alterum est fore similliter emptos illos quos eximi voluerit, ad cuius instantiam Index non vult sub sua sententia comprehendere alios, quam quos voluerit ille, in cuius gratiam eam profert. Et ratio est quia in tali iudicio non habet alios reos quam quos ille cui ius reddit, intendit ad ipsum deferre.

Sed dubitari potest, An si paterfamilias petat Episcopo proferri excommunicationem in eos qui bona sua diripuerunt: ad hoc ut vxor & filii ipsius eximantur ab excommunicatione, necesse sit ut specialiter intendat eos excipere; an vero satis sit, quod in mente talè quid ei venislet, omnino illos exceptiplet.

Cui dubitationi inxta Rosellam Sylvestr. Excommunicationis. 7. num. 52. dum explicat excommunicationem 17. verfu. responderet etiam vxorem & filios tali excommunicatione ligari, nisi paterfamilias eos specialiter exceperit, etiam si excepisset, si in mente ei venislet. Ipse vero propenderet in contraria nec immitteret: quia satis probabiliter Sotus ait in 5. de iust. & iure quæst. 3. art. 1. ante solutionem argumentorum: quod presumendum non sit paterfamilias, tam acut spirituali inuocante aut remittant filios sauciare velle: ita ut Index conformando se ipsius intentioni, non videatur intendere vxorem & filios: ipsius comprehendere sub sua sententia. Ceterum cum nihil constare potest, nec de patrifamilias, nec de Iudicis intentione tales specialiter exceptiendi, contraria sententia tanquam tutor, est sequenda in præ.

Dubitari etiam potest, An si paterfamilias per suum Procuratorem postulet ab Episcopo, ferri sententiam excommunicationis in omnes qui bona sua diripuerunt, nisi restituant:

tant: ipse quoque Procurator tali delicto obnoxius, comprehensus datur sub ea sententia, si si intenderat seipsum excipere dum excommunicationem procurat. Cui dubitationi recte Sylvester ibide respondebat comprehendi & perinde ac ceteros ligari, si paterfa nullas non intenderit ipsum excipere. Nam intentio Praelati excommunicantis responderet intentionis patris familias, tanquam causa principalis, cuius tantummodo instrumentum, Procurator est.

*Quae sint seruanda ex parte excommunicati.*

## SECTO II.

**Q**uod ex parte excommunicati seruari oportet in ferenda maiore excommunicatione, est ut ille præmonitur seruatis quibusdam circumstantis. Atque præmonitur debet cōstat ex ijs, que in præced. c. q. 6. proposita sunt ad docendum non nisi in contumacem esse ferendam excommunicationis sententiam. Et confirmatur per cap. Sacro De sentent. excomm. & cap. Statuimus, & cap. Constitutionem eodem tit. in 6. ac per alia quæ adserit Vgolinus De censur. tab. initio capitis 18. Addens authores idem tradentes, simulque monens ampliandum esse, vt procedat respectu quidem excommunicantis, siue ille sit Iudex ordinarius, siue legatus, & siue sit secularis siue regularis. Respectu vero excommunicati, siue sit singularis persona, siue multitudo personarum. Respectu autem causæ, quecumque sit, pro qua excommunicatur quis: etiam si notoriè constet ipsum esse talis criminis reum; quia ad huc scire oportet ipsum esse contumacem, nec velle audire Ecclesiam; ad quodquidem requiritur, ut præmonatur nomine Ecclesie. Respectu porro modico fatur excommunicatione, siue feratur generaliter, siue specialiter ac nominatim. Respectu denique eius, in cuius gratiam fertur, siue sit ipse metus Iudex excommunicans, siue aliis, cuius postulatione excommunicatur.

Circumstantiarum vero quibus talem præmonitionem circumscripat esse oportet, prima est, quod debeat esse personalis, hoc est, debeat ei qui excommunicandus est fieri in facie monante in solum (sicut secundum leges in aliis citationibus fieri potest) ad ipsius domum, in qua assidue habitat, aut per edictum: ut pluribus aliis in eam sententiam citozit habent Couar. ad c. Alma mater: & post ipsum Vgolinus De censuris: *ille i. par. § 9. n. 4. & hic in cit. 18. § 1.* Quis & addunt aliquot casus in quibus id patitur exceptionem.

Primus est, cum si quem admoneo volumus, vel dolo malo absens factus est, vel latitat, vel impedit quominus admonito ad ipsum perueniat: tunc enim sat erit, si admonitio seu citatio fiat ad domum iuxta c. Qyoniam frequenter §. Porro. *¶ tunc non contingat.* Sed antequam excommunicatione feratur, oportet eiusmodi impedimentum & dolum probari: cum nec factum, nec dolus presumatur; nisi probetur: argumento legis Dolum ff. De dolo. Sique reus non habeat dominum, facienda est admonitio in Ecclesia Cathedrali illius loci. Quod utrumque citatis alii, Vgolinus ibidem addit.

Secundus casus est, cum excommunicatio, non quidem nominatim in certa personam, sed generaliter aut indistincte in eum qui aliquid ante fecit, vel post facturus est. Quia enim talis non cognoscitur, personaliter moneri non posset: sed solum generaliter ferri excommunicatione, vt solet à iure pro culpis futuris: & ab homine pro praeteritis, quando autores illarum ignorantur: ut v. g. quando excommunicatur quicunque res. Titi furatus est, nisi reddat: aut quicumque talem nouit, nisi reueleret.

Tertius casus est, cum quis fuit iam semel citatus legitimè personali citatione: que cum maximum habeat effectum ad integrum causæ discussionem; deinceps, *inquit Couar.* sufficere poterit citatio seu admonitio ad domum, aut per edictum, aut in ipso tribinali facta.

Quartus casus est, quando monitio ad domum facta, peruenit ad ipsum excommunicandi notitiam. Cum enim certus, certior fieri non possit ex cap. Eum qui, De regulis iuris in 6. talis monitio sufficit, vt si legitimè excommunicari possit.

Quintus est, cum quis fuerit male absolutus ab excommunicatione, & tractatur de reducendo eum in primam excommunicationem: quia tunc satis erit quod ad domum monatur, inquit ijdem authores, postalios ab ipsis citatos.

Secunda circumstantia est, vt talis monitio sit tripla, pro communem sententiam esse notat in sequent. num. 5. Couar. pro qua authores Vgolinus refert in eod. cap. 10. § 2. habeturque ex cap. Constitutionem De sentent. excommunicationis in 6. §. Statuimus: & aperte confirmatur ex cap. 18. D. Matth. Vbi Dominus præcepit peccantem in nos fratrem corrigit inter nos & ipsum solum, siue nos non audierit, nobiscum testes adhiberi; atque si nec tunc audierit deferri ad Ecclesiam: quam de munus si audire noluerit habeatur sicut Ethnicus & publicanus. Quibus satis indicatur triplam monitionem præmittendam esse sententia excommunicationis, propter quam aliqui habendus ut Ethnicus & Publicanus. Sicut in indicari notatur 16 quest. 7. c. Omnes decima, cum sic dicuntur. Modò multi inueniuntur decimas dare nolentes statuimus ut secundum Domini præceptum admoneantur semel & secundò & tertiod: qui si non emendauerint, anathematis vinculo feriantur. Item 17. q. 4. c. Depresbyterorum, vbi de eadem monitione excommunicationi præmittenda ex Domini præcepto, si nullus est mentio. Vnde in cap. Sacro De sentent. excomm. Iudices sine tali monitione excommunicationem ferentes, etiamsi iusta fuerit sententia, interdicunt ingressu Ecclesie per unum mensem; alia adhuc peccata multandi si visum fuerit expedire: in eoque peccant mortaliter ut notant Sotus in 4. dist. in c. 22. & Nauar. in Enchir. *ille qu. 1. art. 2. cond. 3. & hic. 27. n. 8. & 10.* Sed tamen aliquot dantur causas in quib. circumstantia hæc potest deficere, relata ab Vgolino loco citato.

Primus est, cum ex unica monitione satis appareat, manifestaque est delinqentis contumacia; ut cum Iudici sedenti pro tribunali prædicti se non comparitur si citetur: neque paritum si admoneatur; arguento cap. Venerabilibus §. Porro, *versu. Secu. autem, De sent. excom. in 6.* Et ratio est quia non fit admonitio, nisi ut conuinatur delinqentis contumacia, que est proxima causa excommunicationis.

Secundus casus est, quando monendus: occultat se aut a littere impedit, ne ad ipsum perueniat monitio; inde enim presumitur contumax sufficere ad excommunicationem.

Tertius est, cum excommunicatione à iure aut ab homi-

ne fatur pro culpis futuris iuxta dicenda in sequent. sec. dub. 3.

Quartus, cum necessitas alius suadet, estque periculum.

In mora ex citato cap. Constitutionem in fine.

Quintus, cum monendus, nimis terribilis est monenti

Nam persimilis est ei qui impedit, quominus admonitio ad eum perueniat.

Ceterum nihil refert siue sicut tres monitions distincte, siue una sufficiens pro tribus vltipet ex ca. Constitutione, vbi sub finem sic dicitur: Statuimus quoq; vt inter monitiones, quas (vt canonice promulgetur excommunicationis sententia) statuimus iura præmitri; Iudices, siue monitionibus tribus vltantur, siue una pro omnibus, obseruant aliquorum dierum competencia interrallam, nisi facti necessitas altera ea suafet moderanda.

Tribus autem monitionibus vltintur Iudices, vt indicat Glossa explicans illa verba, *vna pro omnibus*, cum dicunt Monemus te pro prima, & hac finita monent pro secunda; quia rufus finita monent pro tertia. Vna vero pro tribus vltuntur, cum dicunt: Monemus te pro secundo & tertio peremptorio. Potro ex eo, quod in eodem cap. statuitur; inter monitiones debere interesse aliquor dierum interrallam, intelligimus Nauarum cit. num. 10. (cui affestitur Vgolinus in cit. §. num. 4.) recte dixisse inter unam & allam monitionem debere intercedere duorum saltum dierum spatium: & quando usurpat vna monitio pro tribus, esse ministrum concedendos sex dies illi qui admonetur, antequam in eum excommunicatione decernatur. Nam locutio illa pluralis (obseruant aliquor dierum competencia interrallam) duorum saltum dierum spatium requirit. Ex eo autem quod subiicitur, nisi forte necessitas altera fuerit esse moderanda: colligitur notandum illud quod ait ibidem Nauar: quando periculum est in mora, ministrum esse hoc temporis spatium quantum oportuerit, neque plus neque minus: sed colligatur etiam Iudicem posse & debere, cum pro qualitate negotij vel personarum viderit expedire; in longiora dierum spatio, monitiones suas prorogare.

186

Tertia circumstantia in eo consistit, quod talis monitio fieri debet presentibus idoneis personis, per quas si necesse fuerit, ipsa probari possit. Ita statuitur in cap. Sacro, De sentent. excommunic. vbi & Iudex qui tali circumstantia omisam sententiam excommunicationis tulerit, interdictum ingresu Ecclesie per unum mensem. Vide Vgolinius in sequ. numero 5.

Quinta circumstantia in eo consistit, ut qui specialiter monetur debeat nominatum exprimere in monitione ut notat Angelus Excommunic. 5. & Sylvest. Excommunicatio 2. ille num. 17. & hic num. 1. versu 9. Ex pater ex cap. Constitutionem De sentent. excommunic. in 6.

Quinta est, ut fiat sub comminatione excommunicationis. Verum quia ius Canonicum non dat de ea speciale preceptum, non videtur sic requiri ut si a Iudice omittatur, is censendus sit sententiam tulisse absque canonica premonitione.

Responso ad quedam dubia, antedictis annexa.

### SECTIO III.

**H**oc dubitati potest primò. An tun. etiam cum crimen notorium est, admonitio debeat necessaria præmitti sententiæ excommunicationis. Cui dubitatione Couar. pluribus alijs citatis affirmatiū responder ad cap. Alma mater. par. §. 9. n. 6. quia quantumvis crimen sit notorium, non ideo tamen conuinetur ex illo contumacia, seu erga Ecclesiam inobedientia, que debet annexa esse peccato propter quod excommunicatione infertur ut ante ostensum est. Cum igitur ad conuinendum contumaciam necessariò præmitti debeat admonitio, tunc quoque præmittenda est.

Secundò dubitatur, An monitio de qua agimus, præmitti debeat ab eo, cui Papa autales Ordinarius sententiam excommunicationis proferre comisit. Cui respondentium est cum Sylu. excommunic. 1. num. 12. non esse opus, si sciat præmissam esse ab ordinario, atq; adeo reum sufficienter de contumacia conuicatum esse: sicut nec præmitti debet cognitio cause, cum iam ab Ordinario de cila est. Quod si ne sciat præmissam, aut reuera non sit præmissa, debeat præmitti. Nam cum sine præmonitione excommunicatione nunquam debeat ferri, si Ordinarius non præmonuerit, is saltē cui fereat excommunicationis ministerium demandavit, præmonere debet.

Tertiò dubitatur, An oporteat monitionem præmitti ut excommunicatione lata à iure incurritur. Ad quod respondent Syluester ibidem & Nauarr. in Enchir. cap. 27. num. 10. & alij quos commemorant & sequuntur Couar. & Vgolinius ille in praed. num. 5. & hic tab. 1. cap. 18. in princip. num. 2. vers. Tertio admonitio hec, non esse necessarium præmitti; ita ut ille qui contra ius sive statutum, quo in delinquentum de cernitur excommunicatione, hanc ipso facto incurrit: ut qui Clericum percudit, eo ipso subiacet excommunicatione lata in cap. Si quis Suadente Diabolo, 17. quæst. 4. Cur autem non sit necessarium; iatiq; haec redditur quia lex quæ lata cum maturo iudicio magna circumspectione, censuram eam inducit, quotidie admonet subditos quos obligat, ne committant crimen propter quod illa decernitur: id eoque necessaria non est alia specialis monitio, nisi altera iure ipso cautum est; prout excipit Vgolinius loco citato.

Qui & alii citatis addit per cap. Reprehensibilis, De appellacionibus: delinquentem contra Canonem, quo decernitur excommunicatione; aut quo aliquid sic prohibetur, ut prohibito ipsa debeat haberi pro monitione communante excommunicationem: posse a Iudice aliquem excommunicari, præmissa vñica monitione: ne id ipsum faciat quod est tali Canone prohibitum: dummodo tamen ( ipso prius citato ) constituit de eius delicto: prout oportet constare non modo ad talen criminosum irretiendum excommunicatione, sed etiam ad denunciandum iam irretitum.

Ceterum, quod diximus de excommunicatione à iure, debet simili modo intelligi ( prout expressit Gabr. in 4. disf. 18. quæst. 2. lit. M. ) de excommunicatione ab homine, quæ in modum statuti fertur pro futuris culpis; qualis est si Superior moneat aliquem ut non fornicetur deinceps, aliquoquin ipsum excommunicat. Tunc enim ut notant D. Anton. 3. par. 2. 4. cap. 7. 4. & Sylvestr excomm. 1. num. 13. pluresque alij

quorum meminit Vgolinius in cit. num. 2. versu ad monitione deinde: non est opus monitione ut excommunicatione à tali incurritur post patratum scelus: sed statim in illam incidit.

Quartò dubitatur, An si excommunicationi ab homine pro emendatione criminis commissi, super quo non erat iure datum preceptum sub excommunicatione, nulla monitio præmittatur: excommunicatione non modò sit iniusta; sed etiam in invalida. Pro responso autem dicendum est, omnino in invalidam esse eam excommunicationem, que ratione præteriorum omisla monitione fertur sine causa cognitione, & sine clausis iustificatoria, id est non dato termino ad allegandas causas, si quas subditus haberit, ob quas non debeat tali excommunicationi subici. Id quod alius citatis docet Nauarr. in Enchir. cap. 27. num. 10. versu 5. & sequitur Vgolinius in fine memorati principij. Non esse autem invalidam, ex eo tantum, quod desit Canonica, seu tria monitio, tener glossa ad cap. Romana De sentent. excomm. in 6. verbo Injustus.

Tenent etiam Palud. in 4. disf. 18. art. 4. sub finem, pluresque alij quorum meminit Vgolinius in eod. princip. num. 4. & ante eum Couar. in cit. §. 9. num. 7. qui communem sententiam elegerit. Aperte vero probatur ex cap. Sacro De sentent. excommunic. vbi ingleſus Ecclesiæ per mensem interdictum Iudice, qui non præmissa competenti ( nempe tria, ut glossa interpretatur admonitione, sententiam excommunicationis tulerit; etiam si haec fuerit iusta, id est ( vglossa intellexit, etiam si feratur iusta de causa: adeoque teneat. Nam de excommunicatione cum est nulla, verificata non potest quod sit iusta: quandoquidem non entis non datur qualitas. Vera est autem haec sententia, vt Couar. addit. & recent. alij ab Vgolinius citati, non solum cum excommunicatione profertur ab Ordinario sed etiam cum à delegato: nisi in mandato delegatorio, fuerit expressum, ut præmissa canonica admonitione excommunicatione feratur: quia tunc canonica admonitio requiritur, tanquam aliquid de forma mandati: cuius omisso actum vitiat iuxta cap. Pisanis & Lucanis De restitutione spoliar.

Datur etiam alius casus, in quo ob prætermisam Canonica admonitionem excommunicatione est nulla; iuxta definitionem cap. Statutus De sentent. excommunic. in 6. nempe si Iudeante Canonica ipsa monitionem, profert excommunicationem maiorem in illos, qui in locutione & alijs, pro quibus de iure incurritur tantum minor excommunicatione, participant cum iis quos ipse excommunicavit. Quem casum aduerte obiter, non procedere quod Papam, qui tali iure ( quod est humanum ) non adstringitur: nec quod ad alium Iudicem in ordine ad excommunicationes ab eodem. Nam vt habet Couarriuas in citata 1. parte §. 3. num. 6. & sequitur Nauarr. in Enchir. cap. 27. num. 4. Si Iudex communites cum excommunicato ab alio Iudice vel à iure, excommunicat sine Canonica præmonitione, licet futura sit iniusta excommunicatione: non erit tamen nulla. Ratio est, quia textus citati cap. tantum loquitur de participantibus cum excommunicato ab eodem Iudice, à quo in ipsis sententia seatur.

Quid ex parte excommunicationis seruare oportet.

### SECTIO IV.

**Q**uod in hac re difficultatem habet, est vtrum necessarium sit sententiam excommunicationis ex eius scriptis, aut scriptis, quibus Iudex suam intentionem de ea ferenda enuntiet. Sententia autem est Hostiensis in summa, De sentent. excommunic. §. Qualiter profertur: posse aliquem sola Iudicis voluntate excommunicari. Quam probat ex cap. Si inimicus distinet, vbi verba D. Petri alloquens populum in ordinatione Clementis, referuntur ad hunc modum. Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis prauis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolle amici esse, sed prudenter obseruare debet; & voluntate eius absque commonitione obsecundare & auertere vos ab eo, cuiusprimum lenitatis aduersum: neque loqui iis quibus ipse non loquitur. Quæ verba indicant: ad hoc ut quis pro excommunicato habendus sit, non esse necessariò experdam sententiam Superioris in eum verbo aut scripto prolatam, sed fatus

sed satis esse ut Superior ipse communionem ipsius auer-

fando, insinuet suam intentionem.  
D. Anton. vero 3. part. tit. 24. cap. 74. Gabr. in 4. dist. 18.  
quæst. 2. art. 2. concil. 7. Angelus excommunicatio 1. 2. §. 4. Syl.  
Excommunicatio 1. num. 13. & 15. volunt sententiam excom-  
municationis debere profiri verbis, quibus Iudex exprim-  
at suam de presenti intentionem excommunicandi, qualia  
sunt: Excommunicamus omnes qui hoc vel illud egerint:  
Excommunicate & alia his æquivalentia (nulla certa verba  
præscripta esse pro forma substantia excommunicationis,  
omnium sententiam esse notat Vgolinius tab. 1. cap. 20. in  
in princip. num. 3.) que exprimunt intentionem sive con-  
fessum Iudicis excommunicantis de presenti: non item que  
de præterito vel futuro: Adeo ut dicente Iudice, Denuntio  
Tuum excommunicatum (quia haec verba significant præ-  
teritam intentionem excommunicandi) non erit Tuius pre-  
perea excommunicatus, nisi prius incurrit in talem cen-  
suram. Quamquam ut notant D. Anton. & Syl. locis cit.  
ceteri tenent ipsum vitare tanquam excommunicatum;  
cum non sit illorum iudicare, an fuerit necne iam excom-  
municatus. Similiter nec erit quis excommunicatus cum Iudex  
vituperetur verbis communitatis, quia significant tantum futu-  
ram intentionem ferendi excommunicationem. Nec item,  
cum Iudex dicit: Volo ut vnu ex istis duobus sit excom-  
municatus: quia ex illis verbis constare non potest de eius præ-  
sent intentione excommunicandi. Eidec opinioni D. Anto-  
ni & aliorum, quam late persequitur Vgolinius in eod. cap.  
20. ratio fuit: quia excommunicatione est actus Ecclesiasticae  
ruris dictoris in foro exteriori, in quo lites verbis & discutuntur & dirimuntur.

194. Adde Iudicem non tantum debere exterius verbis exprimere excommunicationem: sed etiam, propter expreßionem cap. Cum medicinalis De sententia excommunicationis in Sexto præcipitur, debere eam in scriptis proferre: & causam expreße conscribere, propter quam excommunicatione profatur, exemplique eiusdem scriptura excommunicatione tradere intra mem-  
sem si fuerit re quisitus. De quibus Vgolinius pluribus in seq.  
cap. 21. Intelligi autem sic debent in x: Nauarr. in cit. cap. 27.  
num. 8. vt nihil referat sive scriptura sit publica sive privata, id  
est, sive feratur excommunicatione in scriptura de manu nota-  
ri publici, sive de manu eam ferentis. Itemque sic intelligi, vi-  
lentis peccet qui sine iusta causa solo verbo excommunicat,  
omissis scriptis sive publicis sive privatibus: nihil minus talis  
excommunicatione liget quantumvis iniusta; vt pote lata contra iuris ordinem. Id quod præter Nauarr. habet Sotus in 4.  
dist. 22. quæ 1. art. 3. concil. 2. versus sententia vero satisque deducitur  
ex cit. cap. Cum medicinalis, dum in eo præcipitur, ut per Su-  
periorum, cum ad ipsum recurratur, illa statim relaxetur. Nec  
enim locus est relaxationi si non liget. Denique sic intelligi;  
vetiam si generaliter dicatur, illos qui excommunicando  
scripturam eiusmodi omiserint, per eam suspensionis incur-  
rere: id tamen sit ad Prælatos inferiores Episcopo referen-  
dum: quia Episcopus, & alii Prælati superiores in nullo casu  
incurrunt interdicti aut suspensionis penam, occasione cuiuscumque constitutionis aut sententiae aut mandati; nisi in  
eis expressa mentio de illis habeatur, ut statuitur in cap. Quia  
periculosis, De sententia excomm. in 6. Nulla autem expreßa  
mentio Episcoporum sit in propposito cap. Cum medicinalis  
vt nec in ca. Sacro De sent. excomm. in quo, vt ante annotauimus,  
per mensem ingressu Ecclesiæ interdictum est, qui sine  
canonica præmonitione excommunicare prælumpserit.

Potro canon Si inimicus ab Hosti propositus, nos tan-  
tum vrget concedere, quod vt vitari debeatis quem Papa ex-  
communicarit, non sit expectandum vt ipse illum excom-  
municatum esse ex primat verbis. sed sufficere, vt eo modo  
illum aueretur, quo solet excommunicatum iam denuntiatum; adeo ut illo canone significetur, non quidem summum  
Pontificem excommunicare sola interiori intentione: sed  
cum non ligeret decretis Canonum, ipsum sola uitiatione  
vt posse pro denuntiatione sufficienti, vt aliquis tanquam  
excommunicatus vitari debeat.

Quæret aliquis utrum necesse sit vt Iudex sententiam ex-  
communicationis ore pronuntiet, an falsi sit, quod eam de-  
cernat per scripturam. Cui quæstionem Panormit. ad cap. Pra-  
terea 2. De appellationibus n. 12. responderet posse Superiorē

Valerij Tom. 1. Pass. II.

195.

excommunicate per litteras, neque necessarium esse quod  
ore suo sententiam proferat. Pro quo facit praxis rece-  
pta: cui non aduersatur, quod in ante citat. cap. Cum medi-  
cinalis Prælati prohibetur sententiam excommunicationis  
ferre, nisi proferat in scriptis: namque satis profert in scriptis  
exprimendo eam in litteris, quas mittit ad reum, per eas i-  
psum excommunicando formulæ visitare ferendi excom-  
municationem. Iam quæ alia formulæ possint esse que huic Ex-  
communicatione æquivalentes, sufficienter iudicent maiorem  
excommunicationem proferti, bene tractat Vgolinius De  
censuris tab. 2. cap. 28. sed latius erit paucis attigile que illæ per-  
sequitur.

Primum est, quod ipse habet in princip. num. 2. Omnibus his  
formulis excommunicationem maiorem ferri. Præscindo  
te ab Ecclesia, Eiicio te extra Ecclesiam, In te sententiam ex-  
communicationis profero, Excommunicationis mucrone  
ferio, Priuo te Christi fidelium & Sanctorum communio-  
nem:

Secundum est, num. 3. hisce verbis, Nemo tali communicet;  
Non esse censendum ferri maiorem excommunicationem,  
nisi manifeste conget Iudicem velle ea ratione excom-  
municare; aut id presumatur ex eo, quod ante in causa cogni-  
tione occupauerit se animo ferendi excommunicationem:  
aut illis verbis addat donec absoluatur, satisfactione  
præmissa.

Tertium est, in num. 4. illis verbis, anathema sit, excom-  
municatione in ipso iure ferri, non autem decerni solum fe-  
rendam. Quartum in num. 5. his verbis, Noueriste excom-  
municatum, non ferri excommunicationem sed significari  
latam: vnde cur talli cui dicuntur à Iudice, is non tenetur se  
habere pro excommunicato, si nulla alia in ipsum sententia  
excommunicationis præcesserit. Cum vero ponuntur in iu-  
re: is qui in illud offendit, debet se reputare excom-  
municatum: quia antequam offendit, laia erat excommuni-  
catione, in quam incurrit. Quintum est, in §. 1. verba haec Ma-  
ledico tibi. Indignationem incurias omnipotens, aut  
Apostolorum Petri & Pauli. Præcipio tibi sub obtestatione  
divini iudicii, non inducere maiorem excommunicationem  
sed potius obligationem sub mortali. Postremum est, in §. 2.  
his verbis, Fero in te sententiam censuræ, aut disciplina Ecclesiasticae: aut poenæ seu animaduersionis Ecclesiasticae: aut  
Fero te mucrone Episcopi seu Ecclesiastico: non ferri ma-  
iorem excommunicationem: quia nomina censuræ, discipli-  
nae, poenæ aut animaduersionis Ecclesiasticae, aut mucronis  
Episcopi, vel Ecclesiastici, multa alia quam excommunicatione  
nem significant: pro quibus an accipientur incertum erit: &  
incertitudo vilitat sententiam per tradita ab eodem authore  
in præcedenti tabula 1. cap. 20. §. 3. Excipe, nisi Iudex talibus  
verbis maiorem excommunicationem, aut omnem censuram  
Ecclesiasticam se ferre velle declarauerit.

## C A P V T X I

De causis que excusat ab incurrienda excommunicatione,  
etiamq; alias sit valida.

S V M M A R I V M .

- 197 Ignorans & absens, excommunicatione ligari potest: & varietas ignorantie.
- 198 Ignorantia vincibilis non excusat ab excommunicatione.
- 199 Invincibilis facti excusat: quod qua ratione procedat cum igno-  
rantia est circa personam, circa quam exercetur factum.
- 200 Excusat idem invincibilis ignorantia sententia, & statuti par-  
ticularis.
- 201 De dubio an excusat ignorantia iuris communis, decernentis ex-  
communicationem pro facto non illicito, authores & rationes in v-  
eragine partem.
- 202 Solutorationum partis negantur.
- 203 Ignorantia invincibilis statut, sive communis sive particularis  
excusat ab excommunicatione: etiamq; haec per illud imponatur ob  
factum divina lege damnatum.
- 204 Solutorationis in contrarium.
- 205 Cur nihilominus si ignorantis, pro abolitione remittantur ad  
Superiorum, si talis excommunicatione fuerit ei reservata.
- 206 Impossibilitas excusas ab incurrienda excommunicatione, alio-  
quit valida.